



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 138. Navarræ Rex custodiæ datus, suorumque plures capti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

atque ad ædes vicinas deduceret, in quarum angulo propugnaculum lateritium desuper minoribus belli tormentis hinc inde dispositis munitum ad tres subjectas plateas respiciebat. Sub idem tempus clatris ferreis illarum ædium fenestræ firmabantur, pluresque portæ muris obstructæ fuere. Postea Condæus, cum in custodiam abduceretur, sæpius sacram Regis, & Cardinalis fratris sui fidem elata voce contestabatur, questus, quod se, totamque familiam suam hostibus prodidissent. Huic decreto Rex, ceterique Proceres, imo ipsemet Hospitalius Cancellarius, invitus licet, subscripsere, id consulente, ut fertur, Brisaco Marescallo, qui in tali discrimine nullam cujusvis Personæ, dignitatisque rationem esse habendam, sed reos, cujuscunque conditionis essent, plectendos affirmabat.

§. CXXXVIII.

Navarræ Rex custodiæ datus, suorumque plures capti.

Quamvis Navarræ Rex majori libertate frui videretur, nihilominus clam custodiebatur; quippe non solum e suo famulatu omnes eidem fuere adempti, sed etiam valida delectorum manus eum continuo stipabat, submissique fuere, qui cuncta ipsius verba, nutus-

I i 5 que,

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

Sæc. XVI.
A C. 1560

que, & gressus observarent, nonnisi relicta illos, qui ipsum visum venerant, alloquendi facultate. Sub idem quoque tempus Regis jussu Almericus Bocardus Navarrae Regis Cancellarius a Guidone Chabotio Jarnaco unacum omnibus, quas penes se habebat, literis captus abstrahatur, Angeriacum deductus, ubi sat caute custoditus fuerat, ne forte veneno, aut alia morte sublatu, de criminibus, de quibus ejus Rex accusabatur, testimonium reddere haud amplius posset. Porro Carrugius Comes Anifum prope Laudunum mittebatur, accepto negotio, ut Magdalenam Malliam Royensem Condæi Principis Socrum comprehenderet, foeminam animi magnitudine percelebrem, sed adulterinæ reformationi pertinacius inhaerentem: itaque hæc unacum epistolis, quas secum deferebat, intercepta in arce S. Germani in Laja tanquam læsæ Majestatis rea includitur. Postmodum Renata Ferrariensis Guisii Ducis Socrus, quæ ex Italia in Gallias ob religionis causam migraverat, Regem salutatura Aureliam venit, deploratoque præfenti rerum statu Generum suum acerbius objurgabat, imo etiam, si ante Condæi captivitatem advenisset, se id impedituram testabatur, ac sæpius Regem, ut ab injuria erga Regiæ stirpis Principes

cipes deinceps sibi temperaret, admo- Sæcul. XVI.
A.C. 1560.
nebat, hisque liberius subjungebat, quod hæc plaga diu sanguinem stilla-
tura esset, nec cuiquam unquam bene
vertisset, qui Principes Regio sanguine
ortos prior laceffivisset. Attamen res
haud amplius integra erat, sed jam
pene confecta.

§. CXXXIX.

*Judices a Rege assignati, & a Con-
dæo Principe rejecti.*

Enimvero ex Senatu Rex Christopho- Thuan. l. 26.
Mem. de
Castell. l. 2.
cap. 10.
rum Thuanum Præsidentem, Bartho-
lomæum, & Jacobum Violam Senato-
res, necnon Stephanum Burdinum Re-
gium Advocatum, ac Joannem Tili-
um Curiae Proto-Notarium accersivit, qui
una omnes cum Hospitalio Cancellario
die decima tertia Novembris Condæum
Principem adiere, hic vero coram eis
comparere renuens causæ suæ cog-
nitionem non ad ipsos, sed ad Senatum
Parisiensem coram Rege tanquam Præ-
sidente, ac Regni Patriciis, convocatisque
totius Curiae Ordinibus pertinere aje-
bat. Percepta Condæi repugnantia
Regis Senatus eidem declarabat, quod
tunc, nisi coram Judicibus a Rege da-
tis responderet, pro convicto, ac læsæ
Majestatis reo haberetur, ac nihilomi-
nus interea testes exciperentur, revisis-
que